Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



fremebit. pauper autem lesus tacebit. Si largitus fueris assumet te. et cum hu
bueris derelinquet te. Si habes commutet tecum et euacuabit te. et ipse nosce
lebit super te. Si necessarius illi fueris subplantabit te. et subridens spem
dabit et narrans bona et dicet. quid opus est tibi. et confundet te in cibis
suis donec te exinaniat bis et ter. et in nouissimo exinaniat et deridebit
te. Postea uidens derelinquet te. et caput suum mouebit ate. Humiliare
deo et expecta manus eius. adtende ne seducas sis instultitia et humilieris.
Noli esse humilis in sapientia tua. et ne humiliat insultitia seducaris.
Adducatur aporemiore discede. ecce enim magis te adducabit. He impius
sis ne impingaris. et ne longe sis abeo et eas in obliuione. Ne tentes
exequo loqui cum illo. et ne credas multis uerbis eis. Ex multa enim loquela
temptabit te. et subridens interrogabit te. Deabsconditis tuis immi
tis animi illi conseruabit uerba tua. et ne parcet de malicia et de uinculis.
Caue et adtende diligenter auditui tuo. quo cum subuersione tua am
bulas. Audiens uerba illa quasi insomnis uide. et uigilabis omni uita
tua. Diligde deum. et inuoca eum in salute tua. Omne animal diligit simi
le sibi. sic et omis homo proximum sibi. Omis caro adsimile sibi conuun
gitur. et omis homo simili suo sociabitur. Si communicauit lupus cum agno
aliquando. sic peccatore iusto. Que communicatio hominis ad canem.
Aut que pars bona diuiti ad pauperem. Venatio leonis onager in heremo.
sic pascua s diuitum pauperes. Et sic abhominatio est superbo humilitas.
sic execratio diuitis pauper. Diues commotus cofirmat abamicis. humi
lis autem cum ceciderit expellitur et a notis. Diuiti decepto multi recuperatores.
Locutus est superbe. et iustificauerunt illum. Humilis decepti sunt. insuper et ar
guunt. Locutus est sensate. et non est datus ei locus. Diues locutus est et omnes
tacuerunt. et uerbum illius usq; ad nubes peducent. Pauper locutus est et dicent.
Quis es hic. et si offenderit. subuertunt illum. Bona est substantia cui non
est peccatum in conscientia. et nequissima paupertas in ore impii. Cor hominis